

Visa instantia diei 22 decembris 1992, qua Cl. mus Patronus recurrentis petit "ut Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, magna exstante necessitate, expeditissime dignetur:.. Decretum diei 16 decembris 1992 revocare; sin minus eius exsecutionem suspendere" ;

Attento quod in casu sedulo distinguendum est inter
a) quaestionem de legitimitate -vel minus - impugnatione translationis ;
b) quaestionem de recusatione recurrentis servandi praescriptum legis iuxta quod Episcopus pendente recursu per administratorem parociale provide debet;

Perpenso quod nonnulla argumenta, a Cl. Patrono recurrentis in instantia diei 22 decembris 1992 allata, respiciunt primam quaestionem, non vero secundam;

Perspecto quod sine dubio pertinet ad competentiam huius Supremi Tribunalis videre ut serventur praescripta legis quae respiciunt modum sese gerendi ex parte recurrentis pendente recursu penes hoc Supremum Tribunal, quodque hoc Supremum Forum in casu urget praescriptum legis, respondens tam instantiae recurrentis diei 19 decembris 1992 quam Archiepiscopi diei 1 decembris 1992;

Considerato quod in casu, hoc Supremum Tribunal non urget ipsam translationem, sed tantummodo ut recurrens servet praescriptum interea (pendente recursu) servandum vi cann. 1752 et 1747, & 3;

Cum reapse omnino dedecet videre de recursu alicuius qui recusat praescripta legis quoad ipsum recursum servare;

Viso voto Rev. Promotoris Iustitiae,

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

decernit

In decisis diei 16 decembris 1992

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis , die 22 decembris 1992.

fto.....
fto.....